



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 12. Quædam Constitutiones Innocentii XII. Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

gensis Franciæ Mareſcallus anno ætatis Sæc. XVII.
ſexageſimo ſeptimo. A. C. 1695.

§. XII.

*Quædam Conſtitutiones Innocen-
tii XII. Pontificis.*

Præter plures Conſtitutiones, quæ
duntaxat privatorum cauſas reſpi- Bull. magn.
ciunt, inſuper Innocentius XII. Papa Conſt. In-
hoc anno alia decreta pro univerſa Ec- noc. XII.
cleſia condidit, & primo quidem die 61. & ſeqq.
ſecunda Februarii confirmavit Indul-
gentias perpetuas, conſeſſas comitan-
tibus SS. Sacramentum, dum ad ægros
pro Viatico deportatur: die autem
decima octava Julii ſuper diſciplina Re-
gulari, vita communi, & religioſorum
numero varia edidit decreta: conſeſſit
etiam die decima octava Auguſti in-
dulgentiam plenariam perpetuam om-
nibus in quacunque anni die Eccleſias
S. Mariæ Angelorum, & S. Franciſci
in civitate Aſſiſienſi viſitantibus: Inno-
vavit pariter die vigefima ſecunda Se-
ptembris plurium Pontificum decreta
& pœnas ſancitas contra illos, qui oc-
currente vacatione Eccleſiarum & Mo-
naſteriorum in electione perſonarum il-
lis præficiendarum illicitas Capitulationes faciunt. Denique die tertia De-
cembris rurfus indixit Jubilæum univer-
ſale

Sæc. XVII. sale ad implorandam Divinam opem
A. C. 1695. pro pace inter Principes Christianos
 obtinenda.

§. XIII.

*Diversæ Sacrarum Congregationum
 decisiones.*

*Decret. S.
 Congr. Rit.
 Rot. Esc.*

Occurrunt etiam variæ Sacrarum
 Congregationum decisiones hoc
 anno emanatæ, die enim vigesima Ju-
 nii a Sacra Rota decisum, quod hæres
 non possit mittere alios Sacerdotes ad
 celebrandum in aliena Ecclesia, illis-
 que dare Eleemosynam manualementem,
 quando hujus Eleemosynæ capaces
 sunt ipsi Fratres Minores de observan-
 tia, & veniunt præferendi omnibus ex-
 traneis, tum ratione præcepti Testato-
 ris, tum ratione loci, in quo existunt.

Vicarius quoque perpetuus non pos-
 sit interesse, nec præscribere in Choro
 Communitatis Beneficiatorum Eccle-
 siæ, nec cantare Divina Officia tam
 intra, quam extra Ecclesiam in Eccle-
 siis annexis, nec teneatur Communi-
 tas prædicta ei concedere partem Mis-
 sarum celebrandarum, sive ex fundatis,
 sive ex adventitiis.

Die autem tertia Septembris ex
 mandato summi Pontificis Sacra Ri-
 tuum Congregatio declaravit, a sum-
 mo